



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Apologia Explicationis Gavsarvm [!], Cvr Cvm Gregorio à
Valentia Hispano, Iesuita Ingolstad. de hominum
mortuorum, Statuarum, Imaginum, &c adoratione, non sit
amplius disputandum: Et Refvtatio ...**

Heerbrand, Jakob

Tvbingæ

VD16 H 960

VI.

urn:nbn:de:hbz:466:1-36573

mea rectè dicta, sua Sophistica inuertere petulanter & maliciosè studuerit.

VI.

Calumniatur Hispanus, quòd me nò potuerim replicare ex proprijs dictis inter se pugnantibus. Et hinc se multas colligere *ἀντιλογίας* imaginatur, homo còcò abūdans, & oculatus in alienis, foris Argus, domi Theretias, vbi tamen ex lectione eorundem locorum apparet, nullam esse pugnantiam: vt quod locum Augustinus attinet, multa facienda esse, dicente, non iubente lege, sed libera charitate, &c. Respondi, eum loqui de adiaphoris in cibis, quorum vsus liber est Christianis, quibus contradicere non potuit Hispanus. Deinde addidit in illo ipso vsu libertatis Christianæ, adhibendam esse Charitatem: cuius opera non sunt libera, sed maxime verbo Dei præcepta. Nodum in scripto querit Hispanus, Sophista, cupiens confundere sua natura separata. Non enim ego dico, quòd iste sibi sumit, aut fingit potius, opera charitatis esse adiaphora: sed maxime lege Dei præcepta. Verùm vsus ciborum esse liberū, vix libertate Christiana quibuslibet vesci liceat. Verùm huius libertatis in vsu adiaphorum, moderatrix est charitas, vt videlicet à licitis etiã & concessis, interdū ex charitate, propter infirmos adhuc, abstineamus. Vides Sophista, nec pugnantia me scripsisse, sicut tu nebulas offundere conaris, & me potuisse facile ea explicare, quæ tu Sophistica tua inuoluis. Meminisse autem te velim eius quod Scriptum est: Qui Sophisticè loquitur, odibilis est, qui omnī sapientiæ caret. Not

Spongia fol. 1 v.

Syrach. 37.

non est enim illi data gratia, cum inops sit omnis sapientia. Et si enim summa videatur sapientia, instar Sorgia, & aliorum Sophistarum, omnia, etiam recte dicta, peruertere: tamen summa est non solum stultitia, sed Diabolica etiam malicia. Hinc enim Diabolus nomen habet, quod sit calumniator, qui omnia peruertit & calumniatur, etiam recte dicta, in primis Dei verbum, per sua organa.

Secundum in hoc ordine ponit: Vota, de quibus illi multus est sermo, sicut lupo de ouibus: iterum me cupiens inuoluere, quod dixerim, liberum fuisse vouere vel non: Deinde vero, VOTA ceremonias esse, quarum modum & regulas (hæc enim mea sunt verba) ipse Deus, ut grata essent sibi, præscripsit. Hic nulla prorsus est pugnantia. Liberum fuit vouere, quod videre est in illis ipsis locis, ubi sedes huius est materia, Leuit. 27. Num. 6. 30. Si quis verò vouere cupiat, Modum, & Ceremonias, vel regulas, quomodo vouendum ac persoluendum esset votum, Deum verbo suo præscripsisse, ut omnia secundum præscriptum illius ex fide facerent.

Sed hoc vrget, quod dixerim postea, etiam speciale vouendi præceptum contineri illis verbis: Vouete & addite Domino Deo vestro. Cōtraria itaq; dixisse me, liberum esse, & præceptum, vouere. Quid hic responsum Heerbrande: Hic bonus, inquit, vir, se explicare non potuit, quemadmodum secum ipse non aperte perperauerit: Ah me miserum. Sed respondeo primum, te sopphantam esse, Hispane, qui petulanter & malicie Diabolica, omnia mea peruertat & inuoluas. Deinde, distinguo inter vota, alia enim sunt Ceremonialia,

lia, quibus vouebant boues, oues, &c. de Ceremonialibus iam & antè dixi, libera fuisse, quæ ad solos Israelitas pertinebant, stante politia gentis illius. Hæc nihil ad nos. Alia verò moralia fuerunt & sunt, de quibus ita
 „ explicatione causarum ita scribro: Quid enim vota
 „ fuere, quæ Deo vouerunt & reddiderunt, nisi gratias
 „ dinis, propter percepta à Deo beneficia, significauerunt
 „ Hæc autem, an non est à Deo præcepta? Sed vrgetur
 „ ceptum in sacris literis Hispanus quomodo obligaretur
 „ tur priuata personæ, EA VOTA nuncupare: quod si
 „ contentus esse voluerit GENERALI Dei præcepto
 „ spanus, qui aliàs Scripturas sacras non curat, vt in
 „ Ecclesiæ cultibus prorsus non necessarias, non tam
 „ peculiari destituimur: Præcepit enim Dominus, V
 „ VETE ET REDDITE Domino Deo vestro. Hęc illi

Vides Hispane, si non es excaecatus, & audis non
 surdus sis, vota quædam esse Ceremonialia, de quibus
 dixi fuisse libera. Quædam autem Moralìa, præcepta
 à Deo. Ideo nulla in his repugnantia, cum contraria
 sint, quæ dicuntur, ad idem, iuxta idem, &c. si nõ es obli-
 litus regularum Dialecticarum.

Quæ verò tertio loco mihi tanquam pugnantia à
 me dicta obijcit: quòd rectè negauerim, Hæresis &
 falsa dogmata, aliud peccatum esse ab Idololatria. Po-
 stea verò cogitationes falsas, & quæ cūq; falsa dogma-
 ta veritati contraria, Idololatriam propriè esse conten-
 derim. Partim verum hîc, partim falsum dicit Hispanus.
 Verum enim est, idq; verbis Augustini probauit,
 dicentis: Iosua, Deos vocat alienos, cogitationes alienas
 à Deo in corde, & rationem addit: Quisquis enim, in-
 quiens, talem cogitat Deum, qualis non est Deus, alienum

spongia fol. 5.
 ibid. fol. 16.
 prop. 43.

ntiq; Deum, & falsum in cogitatione portat. Fal-
 n est, quod ait: me contendere, quacuncq; falsa dog-
 ma, veritati contraria, Idololatriam esse proprie di-
 am. Non enim mea, sed Hieronymi verba in sequenti
 propositione recito, super Isaia locum: In die illa abij-
 det homo idola argenti sui, &c.

Quae hec sunt: saepe inquit diximus, Argentū & au- Spong. fol. 16. d.
 rū, pro sermone & sensu accipi, quae cū à Deo homini- prop. 44. 11.
 bus data sint, vt vel loquantur, vel sentiant Deum, &
 laudent creatorem suum, illi abutuntur hoc munere in
 Idolorum simulatione, iuxta illud quod scriptum est:
 Dedi eis argentum & aurum, ipsi verò de argento meo
 operati sunt Baal. Cum ergo quis pauore Domini
 perterritus, Primum IN SPELVNCA PECTORIS
 SVI IDOLA CONDIDERIT, & in voraginibus
 terrae absconderit, non audens proferre, quod MALE
 PINXERAT, secundus profectus est, vt prius celata
 proiciat, & in sese esse non patiatur. Haecenus Hiero-
 nyimi verba illic à me recitata. His ego immediatè sub-
 iungo: vbi, etsi figuratis vtatur verbis, VERAM TA-
 MENET NON METAPHORICAM Idololatri-
 am esse, PRAVAS ET SVPERSTITIOSAS DE
 EO OPINIONES, scribit Hieronymus: Haec mea
 verba sunt, haec mea sententia. Postea plura subiungo,
 eodem testimonio, vbi idem author, suo quodam cō-
 siliū, longius progrediens, etiam falsa ab haereticis con-
 cepta dogmata, Idola vocat & simulachra. Quicquid
 dicitur, de Idolis diximus, ad omnia dogmata, quae
 sunt contraria veritati, referri potest. Et ipsi enim in-
 gressi pollicentur, & simulachrum vani cultus de suo
 cultu confingunt, iactant grandia, & ad decipiendos
 E 3 simpli-

simplices quoscūq; quasi aureis sensibus, & eloquijs argenti splendere fulgentibus, imperitorum obstringentiaciem, & à suis inventoribus sublimantur, in quibus nulla est utilitas, & quorum cultura propriè gentium, & eorum, qui Deum ignorant. Hactenus ille. Quibus subiūctio 45. Ex his D. Hieronymi testimonijs, quæ colliguntur corollaria contra Hispanum 1. dogmata & opiniones veritati cōtrarias, Idola dici 2. cultus ab hominibus fictos vanos esse, Idololatriam & simulachrum humani cordis. 3. Non per tropum hæc, sed propriè esse Idololatriam, & quidem Gentium. Gentium autem non Metaphoricè, sed propriè Idola coluerunt vericūq; non Metaphorici, fuerunt Idololatræ. 4. Picturam valdè artificiosam ordinis Iesuitici, in postremum hoc eius testimonio.

Quod si hæc tibi displicent Iesuita, cum non sint (quid enim ego sentiā de Idololatria, tum hoc locum alibi scripsi, repertui, probavi illustribus testimonijs S. S. Scripturæ, & Patrum, in primis Augustini) sed Hieronymi: cum hoc exoptules, licet. Et dogmata aut hæretica, falsa cūq; cultus item vanos, à Pontificibus fictos, simulachra humani cordis, siuè cum Hieronymo propriè, siuè, quia ita tibi placet, impropriè dicta appelles. Modò constet omnibus, iniuriam à te mihi fieri luculētam, quòd me ἀντιλογίας, & pugnantia scripsisse iniuste fingas.

VII.

Septimam causam, cur non ausus fuerim amplius secum congregari, fingit Hispanus: quod falsarij crimen mihi à se obiectum, diluere non potuerim. Nec ostendit